J. Georgio Graevio.

13. nov. 1681

537.

Vir ampliss.^o ac doct.^me

Quando nihil hactenus aut metri aut solutae orationis apparet, quo parentatum sit Amicorum utriusque nostrum dignissimo pretiosissimo: tacite mihi plaudam, quod qui id officij porro praestituri sunt, me ubique habebunt ἐρυθρόκτην et antesignanum. Si tantum gloriolae frustra mihi adscribo, ac tuto fortasse ut pareret universos praeveneris, observo te ut quid cumque huius argumenti produxeris ex ampliss.^o penu tua, eius mihi copiam nolis invidere. De cursa supellectile mea quid ipse ulterius hic vides. Senilis musae languorem facile agnoscis; sed affectum et huius nunc vere adolescentis si te noveris animi ὀρθὴν amabis, quo ego Patrem Heinsium inde a prima adolescentia Filium adolescentem a juventute mea constantissime dilexi. Vale vir summe, et hac boni consule.

Hag. XIII. Nov. CIↃIↃCLXXXI.

Totus tuus

C.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 537
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7183